



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||  
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV. ||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Romam Patres vniuersi conueniunt: veterem plebis erudienda morem, & frequentem vsum Confeßionis & Eucharistiæ restituunt. Cap. VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

sibi antea non ignotum: qui cum è cuiusdam principis  
viri familia, pertaxus aulicæ vitæ, militandi causa Ne-  
polim peteret, vno Ignatij cōgressu atque sermone, que  
hominis erat in dicēdo vis) à sæculi stipendijs ad Christi  
vexilla facili negotio traduci se passus est: varijs denique  
locis, eiusdē Ignatij missu, & Societati nostræ, sicut Chri-  
stianæ vniuersitatis concionator egregius haud mediocri-  
ter profuit. Hoc igitur auctus commilitone Romam Ig-  
natus reuertit: ad quem deinceps aliquot etiam in re-  
bus gerendis idonei diuino impulsu paucis diebus ad-  
iuncti sunt.

*Romam Patres vniuersi conueniunt: veterem plebæ cre-  
diendæ morem, & frequentem vsum Con-  
fessionis & Eucharistia restituant.*

Cap. VII.



VAE dum ardens Christi amore dis-  
tingenter agit Ignatius, interitum huius ces-  
teri, sua quisque provincia hinc egredis,  
Romam (vbi decreueram) extra modum  
am Quadagesimam conuenit. hinc  
annus post Christū natū MDCXVIII.  
Tecto recepti sunt à Quinto Garzo-  
nio ciue Romano, ad villā Minimorum fratrum coeno-  
bio proximam. Ibi in summa omnes egelue peccati  
victitantes, communi consilio ad rem Christianam pu-  
viribus adiuuandam aggressi, permissuque Antistiti  
varia Vrbis templa sortiti, concionibus primū cura-  
tem ad omne officium atque virtutem vehementer as-  
cendere; deinde etiam veteri Ecclesiæ institutis plerū-  
puerosque Christiana catechesi (quæ iam diu obliuiscen-  
rat) vicatim erudire instituerunt. Ac licet pijs cordibus  
dæmon omni conatu se opponeret; tamen peruen-  
emplo vitæ, partim assiduitate dicendi hortante, cū  
alia multa propediem assecuti sunt, tum verò prope,  
vt sacræ Confessionis & Eucharistia frequenter usque  
nihil est humano generi salutaris) diaboli seruitute: iam  
pridem extinctus, magno vique Christianæ Religio-



commodo in principe magistræque orbis terrarum Ecclesia reuiuisceret. ex quo deinde paulatim effectum est, isdem scilicet adiutoribus, non solum vt in Italia, Gallia, Hispania, cæterisque Catholicis Europe regionibus, verum etiam vt in ipsa India, atque adeo in vltimis terris, vbi paulo ante feræ dæmonum dapes & nefaria sacra vigerant, iam nunc, ingenti bonorum gaudio, per penitentia sacramentum frequenter elutis animi sordibus, diuina passim conuiuia celebrentur.

*Falsis criminibus circumuenitur Ignatius, & absolvitur. Cap. VIII.*



**V**AE nimirum satanas futura prælagiens, ipsis rerum initijs per se suosque satellites obuiam ire non distulit. Augustinus quidam erat ex Eremitana familia concionator; prorsus indignus eo nomine atque ordine. Is Lutheris impij selector occultus, per ambages identidem perniciofa dogmata spergebat è pulpito; ac miris artibus auditores à recta in Deum fide atque à Romani Pontificis auctoritate sensim abducere conabatur. Id autem eò fidentius, quòd prius fortè dies Pontifex aberat, maximis de rebus quæ ad salutem Ecclesie pertinebant, in fines Galliarum Narbonensis, Nicæam vsque profectus. Hanc rem odorati è Patribus quidam; ne ad perniciem animorum latius manaret; communi consilio totam ipsi cognoscere atque inuestigare non dubitant. ad eum concionatorem audiendum cum cætera multitudine semel iterumque conueniunt; quæ ratio disputandi sit, qui scopus totius orationis, diligenter attendunt. neque verò, peritos dogmatum quæ per id tempus in controuersiam vocabantur, diabolici ministri fecellit astus, ac latens lupi sub quis pelle rapacitas. Itaque satis iam comperta atque explorata re, primum ex Euangelij præceptis priuatim ad hominem adeunt; quid ad se delatum, quid auribus ipsimet suis deinde perceperint, ijs potissimum verbis proponunt, quibus non de populi modò salute sese, verum etiam